UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1862

LXIII. Markgraf Ludwig verschreibt dem Kopkin Leist, Bürger zu Frankfurt, das Angefälle an Klauswalde, am 25. September 1350.

Nutzungsbedingungen

urn:nbn:de:hbz:466:1-55756

Visual Library

vniuerſi et ſinguli de predicta vrankenforde ſoluere debeant et teneantur, ſed ab hiis penitus eſſe debent perpetuo liberi et ſoluti, volentes ipſos eciam in terris noſtris plena rerum et corporum ſecuritate perpetuo frui et gaudere, Harum noſtrarum teſtimonio litterarum. Datum Budeſſin in die Carnis priuii, Anno Domini Milleſimo Trecenteſimo Quinquageſimo, preſentibus noſtris fidelibus Teſtibus ſubnotatis, videlicet Domino heynrico de Swin, frederico de Pechwinkil et Brenhardo de Czedlitz, Militibus, et Petro de Czedlitz, prothonotario noſtro, qui preſencia a nobis habuit in commiſſo, et pluribus fide dingnis.

Nach dem Orig. des Satdtarchives III, 1.

LXIII. Markgraf Ludwig verſchreibt dem Kopkin Leiſt, Bürger zu Frankfurt, das Angefälle an Klauswalde, am 25. September 1350.

Nouerint etc., quod nos Lludovicus etc., contulimus et preſentibus conferimus diſcreto viro kopkino liſth, ciuitatis noſtre Ffrankenfurd ciui, fideli noſtro dilecto et eius heredibus, meritorum ſuorum fidelium nobis exhibitorum et in antea adhuc exhibendorum conſideracione, nec non ob id, quod in L° marcis argenti Brandenburg., in quibus ipſi obligamur, nos liberos dimiſerit, deuolucionem dicte ville Clauſwald, cum omnibus ſuis pertinenciis et obuencionibus quibuſcunque, ſic quod dicta villa, ſi tilonem gluſer decedere contingit ſine prole pheodi capace, ad prenotatos Copkinum et ſuos heredes deriuari debebit, juſto pheudi titulo et deuolui, perpetuis temporibus pacifice poſſidenda ſub modo, juribus, condicionibus, fructibus, graciis et honoribus, quibus idem gluſer ipſam villam ex nunc dinoſcitur poſſediſſe. Debemus quoque nos, noſtri heredes et ſucceſſores predictis et eorum heredibus memoratam villam cum ſuis pertinenciis ut premittitur conferre ſine donacione pheudali, que lenwar dicitur, quum et quandocunque oportunum fuerit et per eos fuerimus requiſiti, de euictione ipſos contra quoſlibet precauendo, qui eandem villam inpeterint forſitan in futurum. In cuius etc. Teſtes Swartzburgh, Vlricus, comes de Lindow, Llochen, Helen ambo, Hermannus de Wulkow, milites. Datum ante Bernow, Anno M° CCC° L°, dominica ante Michahelis.

Aus einem Copialbuche nach der Mittheilung des Freiherrn von Hackwitz.